UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Commvnio Sanctorvm. In Eccesia [!] Catholica

Fide & praxi frequentata. Catholicis ad devotionem. Acatholicis ad informationem. Proposita Ex PP. Soc. Jesu

Coloniæ, 1654

S. Valerianus Eps B. Sanctulus Presb. S Christiana ancilla. 5. Dec.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44934

Visual Library

S. Valerianus Eps B. Sanctulus Pres.
S Chriſtiana ancilla, 5. Dec.

Meditatio gloriæ cæleſtis.

Quod Deus in cælo præparauit diligentibus ſe, acquiri quidem poteſt, æſtimari non poteſt. Auguſt.

Protegat nos Dne B. Valerianus Eps (*B. Sanctulus*: B. Chriſtiana) pro nobis intercedendo, ut & converſationis eius experiamur inſignia & interceſſionis percipiamus ſuffragia per D.N. Jeſum Chr. &c.

Ora pro inimicis tuis, &

1. S. Valerianus Eps in Africa ſub perſecutione Wandalica Geiſerici Regis octogenarius poſtulatus ut Eccleſiæ utanſilia traderet, qui cum hoc facinus conſtanter abnueret, extra ciuitatem pulſus eſt ſolus, iuſſũq; eſt ne quis eum domo vel agro ſuo uti ſineret. itaque multo tempore in ſtrata publica nudo ſub aere iacens in cõfeſsione & defenſione Catholicæ veritatis curſum beatæ vitæ compleuit.

2 B. Sanctulus preſb. Nurſiæ in Italia ſanctitate & miraculis claruit. Is cũ a Longobardis decimas olei exigeret, ijq; virũ S. illuderent & contumelia exciperent, eo quod Oliuarum torcular toto die oleum nõ fluxiſſet, allata affuſaq; aqua benedicta olei fluxum felicem effecit.

3 S. Chriſtiana ancilla apud Iberos Aſiæ, eam gentem ad Chriſtum conuertit tempore Conſtantini.